Exoleſco is. eui. ab exoleo fit/ ⁊ ſignificat creſcere deſino. Unde exoletus/ maſculũ ſcortũ ſeu pathicũ concubinũ iam adultũ ⁊ fere dimiſſum qđ creſcere deſinit. Olim Alexander romanorũ imperator exoletos heliogabali iuſſit deportari: aliquos etiã naufragio mergi. Scribit Pli. Hominẽ creſcere ad ãnos vſq; terſeptenos in longitudinẽ: tum deinde in plenitudinem. Aliquando exoleſcere eſt vehemẽter creſcere. Unde exoletus oleta. um. pro vehementer adulto. Plau. Reliqui domi exoletã virginẽ: aliquãdo ſignificat veterem fieri/ deficere. Agretius/ adoleſcere augmenti eſt: inoleſcere coaugmẽti: exoleſcere vaneſcẽtis eſt. Pli. lib. xxxvij. Carchedonij neſcio an in totũ exoleuerint poſtq̃ metalla eris ibi defecerũt. Col. li. ij. Nam multa ſunt vt dixi q̃ negligẽtia exoleſcant ⁊ fiant ſterilia. Uñ exoletus ẽ ab vſu remot⁹. Quinti. lib. viij. Obſcuritas fit in verbis etiã ab vſu remotꝫ: vt ſi cõmentarios quis pontificũ ⁊ vetuſtiſſima federa: ⁊ exoletos ſcrutatus auctores idipm̃ petat. Liui. Arte agendũ exoleto iam vetuſtate odio.

Exoluo is. qđ ligatũ erat pfecte ſoluo. Plau. i epi. Tu vt exoluã man⁹. Lactã. lib. j. Religionũ animos nodis exoluere pergo. Itẽ exoluere eſt pfecte ſoluere. Hiero. in proe. epi. pſal. Sunt nõnulli qui votũ quo deo vouerũt ſe in ſingulos dies pſalteriũ totũ in ei⁹ laudẽ eſſe dicturos: vel diabolo exagitati: vel ecõtrario ieiuniorum auſteritate vel debilitate corporis id exoluere nequeant. Item premio afficere. Lact. li. x. Imperatori omniũ deo fides ſeruãda eſt: qui nõ tm̃ viuentibus ſed etiã mortuis poteſt virtutes exoluere. Item expedire/ liberare: Teren. in hecy. Illas errore ⁊ te ſimul ſuſpitione exoluas.

Exomides/ genus veſtis que alijs ſuperponit̃. Sunt q̃ comicorũ veſtimẽtũ eſſe intelligãt exertis humeris.

Exorbito as. penul. cor. quaſi ex orbita recedo. Orbita vo veſtigiũ eſt rote decurrẽtis ſiue circuitus. Augu. lib. viij. de ciui. dei. Non eis cedentes ad aliquid approbandũ vel perpetrandũ quod exorbitet ab itinere ſapientie ⁊ lege iuſticie.

Exorciçare inquit Aug. lib. j. de beata vita eſt per diuina imundũ ſpiritũ adiurãdo expellere. Exorciſmus/ adiuratio. Exorciſta/ adiurator: ſed ſpiritus rident barbariſmos ideo dicendũ eſt exorgibare. nam componit̃ ex εξ και οργη εν θεν ρημα και σουι δασ εξοργιειν εισ οργην εμβαλειν.

Exordium/ initium. Uirgi. lib. iiij. ene. Quo nã regina ambire furentẽ audeat Affatu que prima exordia ſumat. Cice. lib. j. ad heren. Exordiũ eſt principiũ orationis per quod animus auditoris vel iudicis conſtituitur vel apparatur ad audiendũ.

Exordior iris. exorſus incipio. Plau. i aſi. Pergã quo accepit ⁊ ibi cõſilia exordiar. Uirgi. lib. ij. geor. Nõ hic te carmine ficto atq; per ambages ⁊ longa exorſa tenebo.

Ex ordine ſine intermiſſione. Uirgi. lib. iiij. ge. Septẽ illum totos phibent ex ordine menſes fleuiſſe.

Exorior/ naſcor/ emergo exurgo. Teren. Tu ſola exorare q̃ perturbas hec tua imprudẽtia. Et exoriri/ inuadere eſt. Nam vt Do. inquit: Qui expectans aliquẽ inuadit exoriri dicitur.

Exorno as. valde orno/ ſeu magnifice apparo/ inſtruo. Plau. in aul. Repudiũ rebus paratis/ exornatis nuptijs. Teren. in eu. Ita viſus eſt dudũ: q2 varia veſte exornatus fuit: nunc eo videt̃ tibi fedus: q2 illa nõ habet. Interdũ exornare/ fedare dicit̃. Idem in heau. Ego ne ſi viuo adeo exornatũ/ adeo depexũ dabo: vt dum viuat/ meminerit ſemper mei.

Exors tis/ extra ſortẽ: cui cõtrariũ eſt conſors.

Exoro as. pe. pro. orãdo induco: ſeu orando impetro. Teren. in phor. Neq̃o te exorare vt maneas triduũ hoc. Idem: Orator ad vos venio ornatu prologi ſinite exorator ſim. Interdũ exorare ſignificat pro magna gratia orare: p̃ſertim qñ cum duob⁹ accuſatiuis cõſtruit̃. Plau. in cap. Unũ exorare vos ſinite nos. Sic dicimus. Hoc vnũ te exoro: hoc eſt vnũ pro magna gratia/ ſiue vnũ magnopere te oro. Qđ prepoſitio ex ⁊ oro cõmode ⁊ naturaliter expetunt.

Exorabula/ ab Apuleio vocãt̃ oĩa artificialia argumẽta q̃bus orator per vim eloquẽtie iudices exorat.

Exos/ ſine oſſe. Lucil. Exos ⁊ exanguis tumidos perfluctuat artus.

Exoſſo as/ oſſa detraho. Terẽ. in adel. Congrũ iſtũ maximũ in aqua ſinito ludere pauliſp. Ubi ego venero exoſſabit̃. Apule. Exquamatus atq; exoſſat⁹s piſcis vix palpitat amplius.

Exoticus a. um. penul. corre. peregrinus aduentitius. Plau. in muſ. Non poſſum olere vnguenta exotica: hoc eſt aliunde apportata.

Expando is. vide in dictione pando.

Expalpo as. elicio. Plau. in aul. Nunc ſeruus argentũ a patre expalpabit.

Expapillo as. vſq; ad papillã denudo. Unde brachiũ expapillatũ dicit̃. Plau. in mili. Idem cõnexũ in humero leuo expapillato brachio.

Expato as. pe. pro. expatare eſt in locũ patentẽ ſe dare. Pacu. Expatãt ſe oẽs/ publiceq; oſtẽdũt. Et ſic a pateo fit. Quidã a ſpaciũ deriuãt: vt ſit: Expatare in ſpatiũ ſe cõferre. Sed ⁊ ſpatiũ a patẽdo deducit̃. Nihil enim aliud eſt ſpaciũ q̃ locus ſiue tẽpus patens. hoc eſt interuallũ vel loci vel tẽporis.

Expectoro as. pe. cor. extra pectus eijcio. Cice. li. iij. de ora. Tũ pauor mihi ſapiẽtiã oẽ3 exaĩato expectorat.

Expello is. eijcio. Plau. Ancillã domo expulit.

Expulſo as. frequẽtatiuũ: quod ſignificat frequẽti pulſu agito. Mar. Si me nobilib⁹ ſcis expullare ſiniſtrũ

ſum tua ſi neſcis ruſtice redde pilam. Hinc expulſor ⁊ expultrix verbalia. Cice. Expultrixꝙ vitiorum.

Expulſim aduerbiū/ſignificat frequēter pulſando.

Expeculiati/dicuntur ſerui ſine peculio/quo vocabulo vtitur Plau.

Expecto as. ab ex ⁊ ſpecto/ſignificat obſeruo. Teren. in an. Expecto quid velis. Quoniaȝ ꝟo aſpicientes aliquid diligenter manere diutius eodē loco ſolemꝰ expectare quādoꝙ pro manere capitur ⁊ opperiri. Terē. in phor. Senē quoad expectatis veſtrū? Itē ꝓ deſiderare: quoniā ꝗ deſideramus/cuȝ voluptate aſpicimus. Virgil. in. ij. Expectate venis. Teren. in an. Expecto qd velis. i. deſidero ſcire qd velis. Unde expectatꝰ ꝓ odioſo ⁊ moleſtę vitę. Nā filijs parētes aut amabiles ſūt/aut expectati/amabiles boni expectati mali: quorū mors indies ſingulos expectanda ⁊ exoptanda eſt. Item ꝓſperare Virgil. lib. j. geor. Sed illos expectata ſeges vanis eluſit ariſtis.

Expedio is. penul. cor. libero ⁊ quaſi pedū ligamenta diſſoluo. Siſen. li. iij. hiſto. Inermes armat: impeditos expedit. Aliquādo ponitur pro explico. Seneca Iam diu vtile ſit expedi. Aliquādo ꝓ extra fero/ꝓfero. Virgilius. Cereremꝙ caniſtris expediunt. Aliquando pro extollo. Idem: Tum ꝟo augurinȝ rutili clamore ſalutant/expediuntꝙ manꝰ. Et expedire eſt vtile ſeu bonū ac neceſſariū eſſe. Sȝ hoc tm̄ in tertia perſona ſingularis vl' pluralis numeri. Teren. in heau. Expedit bonas eſſe vobis. Idē in phor. Noſtrapte culpa facimus/vt malos expediat eſſe dū nimiuȝ dici nos bonos ſtudemus ⁊ benignos: hoc eſt cōgruat ⁊ quaſi neceſſe ſit.

Expediti milites dicūtur leuioris armaturę ⁊ ſine impedimentis.

Expeditio vocat̃ cum exeunt milites ad bellū/ꝙ expediāt rēpu. aut ſe a cęteris negocijs ⁊c̃. Curtiꝰ: Oēm expeditionē ac militarē apparatū adduxit.

Expendo is. di. ſum. pondero. Plau. in aſi. Quot pōdo te cenſes eſſe nudū? At pol ego qui te expēdi ſcio nudus vinctus centum pondo es per pedes quando pendes. Quādoꝙ ſignificat exactę examino cōſidero. Cice. lib. j. offi. Quę contēplātes expēdere oportebit: quid quiſꝙ habeat/ſua eadēꝙ moderari. Ambro. lib. j. offici. Expendat atꝙ examinet verba ſua. Quādoꝙ eſt pfecte ſoluere. Virgi. lib. ij. ęnei. Et ſcelus expendiſſe merentē a lacbaonta ferūt: id eſt perſoluiſſe. Quādoꝙ exponere/erogare. vnde expenſę dictę ſunt. Hiero. Qualiter fauente deo tota hęc dies expendat̃ in laudē ⁊ cum gaudio celebret̃.

Expenſa ſę. ſumptus.

Expio as. vide in dictione Pio as.

Expergo is. xi. ctum. quaſi exporrigo/a ſomno excito. Cice. Experge te iam. vnde experrectus excitatus ꝙ recentes a ſomno exporrigi ⁊ extendi ſolemus.

Expergiſco is. ⁊ expergefacio ⁊ expergifico actiuā ſignificationē habent. Pli. Urtica letargicos expergiſcit tactis cruribus magiſꝙ fronte. Gel. Ingenio expergificando ratus idoneas. Cice. Expergere facias ſcripſit pro te expergefacias. Expergiſcor ⁊ expergeſio paſſiuā. Cice. Expergiſcimini aliqñ atꝙ exurgite. Ab expergiſcor fit experrectus ſm̄ Diom. Expergitus ab expergor. Et expgefactus ab expgeſio. Expergitus dicit̃ qui ſatiatus ſomno ſpōte vigilat. Vñ ⁊ Luci. ait: Ego e ſomno pueros cū mane expgitus clamo. Exprectus a quiete impeditus. Sal. Exprecti ſomno arreptis armis tumultū facere. Expgefactus ꝗ p aliū ſomno excitatꝰ eſt. Feſtus aliter. Exprectus qui per ſe vigilare cępit.

Expgitꝰ/ab alio excitatꝰ quē ſolemꝰ dicere expgefactū.

Experior iris. exptus/ſignificat tentare. Terē. in eunu. Omnia prius experiri ꝯſilio ꝗ̃ armis ſapiētē decet. Vñ inexpertus/intētatus. Virgi. Neqd inexpertuȝ fruſtra moritura relinquat. Et experiori/dceri. Idē: Vos ⁊ cyclopea ſaxa expti reuocate amnios. Unde experti/periti dicuntur. Experiētia/vſus docrina.

Expes/ ab ex ⁊ ſpes: ſed ſ abijcitur/⁊ ſignificat extra ſpem vel ſine ſpe.

Expers/extra partē vel ſine parte: ⁊ ponit̃ ꝓ ignaro/rudiꝙ: ⁊ nullā rerū experientiā habente. Apul. Homo rudis: omniū bonarū artiū expers. Quādoꝙ etiā ꝓ eo qui non ſentit. Unde expers doloris/qui non ſentit dolorē. Expers mortis/qui non morit̃. Expers lucis qui non habet lucem. Quidā hoc nomen cōponi volunt a pars quidā ab experior.

Expeto is. penul. corre. vide in dictione/appeto.

Expilo as. penul. pro. diripio/deprędor/ furtiue fraudo/dictum a pilis romanorū telis: vel gręco πιλω. ꝙ οπιλω. id eſt complano/ꝙ qui e domo ſuppellectilem detrahunc ęquare ac complanare omnia videtur. Inde apud iuriſconſultos titulus eſt de crimine expilatę hereditatis: ⁊ qui alienā hęreditatem expilauerit extraordinarie ſolet coerceri. Cice. in para. Si ſocios ſpolias/ęrariū expilas. Ouid. lib. iij. me. Expilatꝙ genis oculos.

Expiro as. penul. produ. dictū a ſpiritu effuſo: vl'a ſpiraminibꝰ/quaſi ſpiritū emitto. Luc. lib. iij. Expirans animā pulmonibus ęger agebat. Aliquādo p ſe plenum eſt: vt expirauit. i. mortuus eſt.

Expiſcor aris. diligenter quęro: vbi nam piſces lateāt. Sępius tamen expiſcari pro indagare ſumitur. Teren. in phormi. Perinde expiſcare/ quaſi non noris. Quādoꝙ pro lucrificare. Plau. Tandemꝙ neſcio quid ab eo expiſcatur.

Explano as. penul. pro. perfecte planū facio/declaro. Salu. De cuius moribus hominis pauca priꝰ explananda ſunt ꝗ̃ initiū narrandi faciam.

Explanto as. vide in dictiōe planto.

Expleo es. perfecte impleo ſeu facio. Virgi. libro. iij. geo. Improbus/ingluuiē raniſꝙ loquacibus explet. Sal. Neꝙ prius iugulandi finis fuitꝙ ſilla omnes ſuos diuitijs expleuit. Interdū cōpleo ſeu perficio. Virgi. Diſcedā/explebo numeꝝ/reddarꝙ tenebris. Pli. lib. xxxvj. Ulcera eorum purgant leniter: explētꝙ cicatrices ⁊ emendant. Interduȝ conſolor. Terē. in heau. Nem tot mei ſoliꝰ ſolliciti ſunt cauſa/vt me vnum expleant. Interdū/minuo. Nam ex/quādoꝙ priuatiua eſt. Ennius: Nauibus explebant ſeſe terriſꝙ replebant.

Explico as. pe. cor. ꝓprie extēdo/emitto. Cice. Quę virtus pręter cęteras totā ſe ad alienas vtilitates porrigit atꝙ explicat. Per tranſlationē ſignificat explano oſtendo. Idem lib. iij. offi. Ut quędam ſibi concedātur quo facilius quę volunt/explicent. Item extraho. Ouid. Atꝙ explicat enſem. Item exhibeo. Marti. Explicat ⁊ cęnas vnica menſa duas.

Explodo is. penul. pro. ſi. ſum. ab ex ⁊ plodo ſignificat cum ſono elido: quod fit cum rem quę nō placuit clamore ⁊ geſtu ac ſtrepitu damno. Nec proprie idē eſt qđ manibus cuȝ ſono pulſantibus eijcio: ſicut Lau. Valla docuit. Nec ſupplodo eſt pedem terrę incutio. Nec cōplodo ſignificat aduerſas manus inuicē collido: quod non ſignificat ex ſe: alioquin Cice. fruſtra pedem adieciſſet libro primo de ora. Pedē nemo in illo iudicio ſupploſit. Similiter Quintil. lib. xj. Pedis ſupploſio. vt loco eſt opportuna. vt ait Cice. in contentionibus aut incipiēdis aut fouēdis: ita crebra eſt inepti hominis ⁊ deſinit iudicem in ſe cōuertere. Aliquādo per tranſlationē ſupploſus ꝓ reiectus ponitur. Damaſ. papa Hieronymo. Abſciſſis opinionibus/ ambiguitatibꝰ ſupploſis. Idē tidē de Complodo dicendū eſt: quoniā ⁊ Hieronymus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

libro numerorū manibus addidit. Iratuſq; balach.
contra Balaam comploſis manibus ait ad maledi/
cendum inimicis meis vocaui te. quibus econtrario
tu modo benedixiſti. Et in Ezechi. Ecce comploſi ma
nus meas ſuper auaritiam tuam. Apuleius ſcribit:
Complodere vacuas manus doloris et meſtitię ſi/
gnum eſſe Quintilianꝰ libro vndecimo. Nam etiā
⁊ Complodere manus ſcenicum eſt: pedes applode
dere interim licet. Preterea ꝙ iſta verba a plodo cō/
poſita non niſi actibus pedis vel manuū accōmoda/
ri poſſint/ minime crediderim: quis plerūq; accom/
modentur. Lactantius enim libro de opi. ad lingue
actū vſus eſt complodo/ cum dixit: Beſtias etiā po/
tu adiuuat. protenta enim cauataq; hauriūt aquam:
eamq; comprenſam lingue ſinu ne tarditate ⁊ mora
effluat/ ad palatum celeri mobilitate complodunt.
Hieronymus libro Iudicū: Ceperunt buccinis clan
gere ⁊ complodere inter ſe lagenas. Cūq; per gyrū
caſtrorū in tribus perſonarent locis ⁊ hydrias cōfre
giſſent: tenuerunt ſiniſtris manibus lampades ⁊ de/
xtris ſonātes tubas. Preterea ꝙ explodo, ſignificet
eijcio manibus ⁊ quidem cum ſono pulſantibus/ ne/
quaq; verum eſt, quoniā ſi eijcio ſignificaret. Cicero
libro. iiij. de fi. bo. non dixiſſet. Quirinus autem non
ꝗ ſint iam/ ſed vnde ſint exploſę eiectęq; ſententię pir
ronis/ Ariſtonis/ Herilli. Et pro Cluē. Te vero illud
idem quod tum exploſum ⁊ eiectum erat nunc retu/
liſſe demiror. Si autem ſignificat per pulſationē eij/
ciendum quempiā manuū vel pedum/ ſiue alio aliq̄
liquet explodo non ſignificare eijcio: quoniā ⁊ copu
lare debet diuerſa ⁊ non temere Ciceronem eiectę ⁊
eiectū ſubtexuiſſe credi par eſt. Quandoq; explode/
re ſignificat aliquid tanq; indignum ſeu inutile eijce
re. Cicero libro ſecundo de diuinitate. Sed hoc ge/
nus diuinationis vita iam cōmunis exploſit. Applo
do etiā Hieronī. Pedibus accōmodauit. Sicut ſup/
plodo contra Virgil. ſcribens: Recordare queſo illi
us diei quādo me de reſurrectione corporis pręducā
te ex latere ſubſultabas ⁊ plaudebas manu ⁊ applo/
debas pede. Idem Damiano. Nā ſi applosiſſet pe
dem/ intendiſſet oculos/ rugaſſet frontē/ iactaſſet ma
nus: verbo tonuiſſet/ tenebras anī oculos offudiſſet iu/
dicibus. Igitur applodo/ complodo/ explodo/ ſup/
plodo/ ⁊ ſi qua alia reperiantur ſm rei actum cui ap
plicātur/ ita ſumi oportet. Et quicquid ſignificat qua
tio/ eiuſq; cōpoſita/ idipſum plodo./ eiuſq; compoſi/
ta deſignant/ niſi ꝙ in ſono pulſationis diuerſa eſſe
exiſtimo: ⁊ quibuſdam actibus rerum iſta non accō/
modari quibus illa.

Exploro/ exploras/ penultima producta. Exclamo ⁊ cū
fletu quodam vocifero. Varro: Gemit/ explorat/ tur
bam omnem concitat. Unde tractum eſt vt capiatur
pro intentius/ ac etiam cum voce inquirere. Virgili.
Exire locoſq; explorare nouos. Hinc exploratores
dicti ſunt. Interdum explorare dicit̄ obſeruare. Idē
libro nono. Necnon ⁊ trepidi troes formidine por/
tas explorant. Interdū probare. Cicero in Catone/
Quis eſt tam ſtultus quis adoleſcens cui ſit explo/
ratum ſe ad veſperū eſſe victurū? Interdū delibera/
re. Virg. Tuus o regina qđ optas/ explorare labor.
Interdū ſiccare. Idem libro primo Geor. Et ſuſpen
ſa focis explorat robora fumus.

Expono is. penul. pro. explico/ declaro/ oſtendo. Cice.
lib. j. Phil. Anteq; de repu. ſcribam. P. Con. expo/
nam vobis breuiter conſiliū profectionis ⁊ regreſſi/
onis meę. Unde expoſitio pro interpretatione. Idē
Vocat ad cęnam. deinde ipſe pretorē: exponit copi/
as ſuas omnes: id eſt oſtendit. Ponitur quādoq; ꝓ
extraho: ⁊ quaſi extra pono. Virg. lib. xj. Socios de
puppibus altis pontibus exponunt. Quādoq; pro
Abijcio. Unde infantes abiecti vt pereant expoſiti/
ſiue expoſititij dicuntur. Teren. in heau. Erat hic co
rinthianus haud impura ei dedi exponendā. Plau.
Reuertar ad illam puellā expoſititiā. Quandoq; ꝓ
expendo. Solinus. Cum magnā his pecuniā expo/
ſuiſſet. Quādoq; pro expromo. Cice. Cum tibi expo
ſita eſſet ad prandiū omnis pamphilia.

Expoſco is. vide in dictione Poſco.

Expoſtulo as. penul. cor. Exquiro/ conquiro ſeu quere
lam apud eū ipſum depono qui fecit iniuriā: ⁊ cū q̄re
la amicos inſto: ⁊ quaſi officiū amicicię in alio deſide
ro. Et non ſolū ablatiuo cum ꝑpoſitione iungit̄: ſed
etiam alij ablatiuo. Marcus Cice. filius. Lenis ⁊ fa
cilis a te exiſtimari debeo: qui nihil tecum de ipſis re
bus expoſtulem. Aliqn̄ ſine ipſo ablatiuo: vt cū iniu
ria de qua quis rationē poſtulat in accuſatiuo ponit̄
⁊ tūc etiā ſignificat exquiro. Teren. in an. Sed quid
agā adeā ne ⁊ cum eo iniuriā hāc expoſtulē. Iniuriā
id eſt rationē ſiue cauſam iniurię. Aliqn̄ expoſtulare
eſt vehemēter poſtulare. i. vehemēter velle: rōne ex
q̄ multū auget. Poſtulo vero pro volo ſępe ſumitur.
Teren. in an. Etiā me nūc ſeducere iſtis dictis poſtu
las. Inde expoſtulo. Idē in adel. Si me in illo credi
diſti eſſe hoim numero q̄ ita putāt ſibi fieri iniuriā vl
tro ſi quā fecere ipi expoſtulāt ⁊ vltro accuſant. No.
Expoſtulatio q̄rela aduerſus illū ipm q̄ peccauerit.

Exprimo is. pe. cor. ꝓmēdo/ extraho. Pli. Expreſſo vi/
no infunditur aqua vinaceis. Aliqn̄ declaro/ manife
ſto. Macro. Nihil vnq; locutus fuit expreſſiꝰ. Hie/
ro. in prolo. Tobię. Quicq̄d mihi ille hebraicis ver/
bis expreſſit: hoc ego accito notario ſermonibus la/
tinis expoſui: id eſt elocutus eſt. Idem: Et nomē dn̄i
tetragrāmaton in quibuſdā grecis voluminibꝰ vſq;
hodie antiquis expreſſum litteris inuenimus: id eſt
clare vel proprie ſcriptum.

Exprobro as. pe. cor. quę alijs pręſtiti cōmemorās im/
propero. Terē. Nam iſthęc cōmemoratio quaſi ex/
probratio eſt immemoris beneficij: ſumitur tamē ex
probrare pro qualēcūq; culpā obijcere. Quid li. xij.
me. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Et apud
euangeliū. Exprobrauit incredulitatē illorū.

Expugno. vide in dictione Pugno.

Expūgo is. extrudo atq; amoueo. Perſius: Expungā
namq; eſt ſcabioſus ⁊ atrabile tumet. Unde etiam ſi
gnificat milites ab exercēda militia repellere adem/
pto/ ſtipendio ſignificat. Seneca lib. iiij. de bñfi. Pi/
gnus eſt ꝓtinus aliud/ inuicē mittere ⁊ munus mu/
nere expungere/ qđ ſignificat delere/ ne debere vide/
atur. Milites enī punctis ſcripti inſerunt̄ legioni et
iurant: vt docet Vege. lib. ij. Inde expuncti dicti de/
leti ⁊ a militia remoti. Itidē: Expūgi dicunt̄ iudices
qn̄ amouent̄ a iudicādo veluti cācellati ex albo iudi/
ciū. Diſpūgere quoq; ſiľe eſt: qđ ſignificat cōferre ac
cepta ⁊ data ſicut Papinianꝰ iurecōſultꝰ docet.

Expuo is. cum faſtidio aliquid eijcio: quaſi pus extra
mitto. Pus aūt eſt omnis humor corpori oneroſus.
vt: Et periculoſam cum tuſſi miſer expuo ſaliuam.
Teren. per tranſlationem in Eu. dixit: Illam vbi ex/
pueret miſeriā ex animo.

Exputo as. pe. cor. ab ex ⁊ puto componit̄ ſignificatq;
ex arbore puto ⁊ incido. Col. lib. xj. Palos vna ope
ra cedere ⁊ exputatos acuere centū numero poteſt.
Idē exputare eſt perfecte ſiue extra putare: vt apud
eundem. lib. iiij. Deinde velut veteranā vitem totā
exputare ⁊ ad vnam materiā firmiſſimā redigere/ no
doſq; ⁊ cicatrices alleuiare ſatis officiū eſt. Item eſt
perfecte intelligere ſeu diſcere. Plancus Cice. Quę
mens eum: aut quorū conſilia a tanta gloria: ſibi vero
etiam neceſſaria ac ſalutaria auocarint ⁊ ad cogita/
tionem cōſulatus bimeſtris ſummo cum terrore ho/

minū/⁊ inſulſa cū efflagitatōe tranſtulerint: exputare
nō poſſum. Exputare vo compoſitū ab ex ⁊ ſputo: ⁊
habet pu. ſyllabā ꝓ. ⁊ ſignificat q̄ſi extra ſputare.

Exquiro pe. ꝓ. diligenter inquiro/ſecerno eligo. Unde
Exq̄ſita opa dicunt opa electa: q̄ſi diligenter queſita.
Plau. in Am. Te certo heri aduenientē ilico ⁊ ſalu/
taui: ⁊ valuiſſes ne vſqꝫ exquiſiui.

Exquilię tm̄ pluraliter Romę mōs erat ab excubijs re
gis: vel ꝙ exculte fuerint a Tullo rege. Ouid. li. Faſ.
Adde ꝙ excubias/vbi rex romanꝰ agebat: Qui nunc
exquilias noīe collis habet. Hinc ⁊ exquilinꝰ mōs di
cit. Uar. Exquilinꝰ mons ſepticeps apud ędē Juno/
nis lucinę: vbi ęditimus habitare ſolet.

Exta: proprie iecur/cor et pulmo dicunt: quia in parte
ſuperiori locantur: ab extādo. Et lien et iecur hoc no
mine appellātur: quoniā ſupra inferiora inteſtina lo/
cant. Uirgil. in Geor. Pinguiaqꝫ in verubꝰ torrebi/
mus exta colurnis. Omnia ſimul cōplexus eſt. Ro/
manorum religio ſemper extoꝝ caput putauit iecur.
Unde Feſt. hęc omnia exta dici putauit quia dijs ꝓ/
ſecent qui extāt eminētqꝫ: vt nō a ſitu ſed ab officio di
cta putarit. Scribit Pli. lib. xxx. ꝯcordia vocari vno
nomine exta in homine.

Extales: via purgādi alui. Hiero. in li. Reg. Et cōpu/
treſcebāt ꝓminētes extales eoꝝ.

Extemplo aduerbiū: tota vna dictiō: ſignificat ſtatim:
quaſi extra tempus: hoc eſt temporis commoditatē.
Templū eñ dicitur locus manu deſignatus in aere:
poſt quem illico captātur auguria: ſeu ꝙ augures ſta
tim viſis auſpicijs/vel a templo cęli oculos auerte/
bāt/vel e templo terrę diſcedebāt.

Extiſpices pe. corre. dicti ſūt haruſpices ab extis inſpi
ciendis. Extiſpiciū: ipſa extoꝝ inſpectio: quę alio no/
mine haruſpicina dicitur.

Ex tempore due partes ſunt: ⁊ ſignificat ex improuiſo
⁊ inpremeditate. Cice. Quos credimꝰ expedire rem ⁊
conſiliū ex tempore capere poſſe. Inde vocat Extē/
poralis ſiue extēporaria oratio. Uide in dictiōe Tē/
poralis. Aliqñ ſignificat ex tēpore ꝓ tēporis cōditio
ne. Cice. lib. iij. offi. Huiꝰ generis quęſtiones ſunt hę
omnes in quibus ex tpe officiū quęritur.

Extendo is. vide in dictione Tendo.

Extenuo as. valde tenuē facio ſiue minuo. Cicero li. ij.
ad Herē. Defenſor autē fuiſſe cauſā negabit ſi pote/
rit: aut eā vehementer extenuabit.

Exterreo res. rui. ritū. vide in dictione Terreo. Hinc
Exterritꝰ: quod modo pauefactū ſignificat. Uirgil.
Plauſumqꝫ exterrita pēnis Dat tecto ingentē. Nō
accenſum/inflāmatū. Idem. Sęuit agris aſperqꝫ ſiti
atqꝫ exterritus ęſtu.

Exterebro bras. penult. corre. extra/vel valde terebro.
Per tranſlationem ſignificat aliquid extorqueo/ſcru
tor/et curioſus quęro. Uar. Atqꝫ oēs adeo perq̄/
rit atqꝫ exterebrat artes.

Exter a. um. penult. corre. idē quod externꝰ. Uñ Sta.
Exter honos dixit.

Exterus a. um. idem quod exter. Uirgil. lib. iiij. Et nos
fac extera quęrere regna. Fitqꝫ ab Exter: quod ab ex/
tra deduci certū eſt. Hinc Exterior extimus: ſicut ab
interus interior intimus.

Externus na. num. quod nō eſt ex patria. Liuiꝰ libro. j.
Timor deinde patres inceſſit: ne ciuitatē ſine impe/
rio/exercitū ſine duce multa circa ciuitatem irritatis
animis vis aliqua externa adoriret. Proprie aūt qđ
foris ⁊ palā eſt. At heſternus cū h. ⁊ s. fit ab heri. Ci
ce. lib. j. Tuſc. Dici nō poteſt q̄ ſim heſterna tua diſ/
putatione delectatus.

Externo as. ab ex ⁊ ſterno: dementē facio. Pacu. Sed
eccā miſerā quā frequēs luctꝰ externauit.

Exterraneus: aduena: quaſi ex alia terra: ſicut Conter/
raneus: qui eſt ex eadem terra: q̄uis id nomē paꝝ ab
eruditis vſurpet. Exterraneus etiā vocat: qui añ tē/
pus natus/vel potius eiectus eſt: dictus ꝙ eū mater
exterrita eiecerit.

Extero ris. pe. cor. extra tero/aut terēdo extraho. Col.
lib. ij. Cū rurſus amplior meſſis ꝓuenerit: quicq̄d ex/
teret capiſterio expurgādū erit. Uar. lib. j. de re ruſ.
Apud alios exterit grege iumentoꝝ inacto: ⁊ ibi agi
tate perticis/ꝙ vngulis e ſpica exterūtur grana. Ex/
terere etiā dicimꝰ aciē ferri vt exacuta ſit.

Extermino as. pe. corre. extra terminos mitto. Cicero
lib. iij. off. Atqꝫ hoc omne genus peſtiferum atqꝫ in/
iuriū ex hoīm cōmunitate exterminandū eſt. Aliquā/
do exterminare ponitur pro demoliri. Hieronymus
in Matth. Exterminant exules q̄ mittunt extra ter/
minos. Cū ergo in euāg. dicit. Extermināt facies ſu/
as: ſemp demoliunt debemꝰ accipere.

Extillo as. ab ex ⁊ ſtillo. Unde et diſtillo: extillare/gut
tare/⁊ guttatim finiri. Teren. in Phor. Hiſce ego il/
lam dictis ita ſibi incenſam dabo: vt ne reſtinguas la
chrymas ſi extillauerint. i. ſi lachrymę ex corpore gut
tarent: aut corpꝰ guttatim finiret: vel totū in lachry/
mas conuerteretur.

Extimeſco: valde timeo: actiuę tm̄ ſignificationis rep/
peri. Cice. in Cat. Quod igitur adoleſcētes ⁊ hi qui
dem nō ſolū indocti/ſed etiā ruſtici cōtemnūt: id do/
cti ſenes extimeſcent?

Extinguo: ab ex et tingo: minorem i ſe vim habet q̄ op
primo. Cice. in Le. Primuz danda opera eſt/ ne qua
amicoꝝ diſſidia fiant. Sin tale aliquid euenerit: vt ex
tinctę potius amicitię q̄ oppreſſę videant: quaſi qđ
extinguit poſſit redamari: quod opprimitur nō que/
at. Aliqñ extinguere eſt perfecte diſtinguere. Idem
in Horten. Quam ſi ſubtraxeris: qui. i. quomodo ex
tingues artificem ab inſcio. Aliquādo ſignificat occi/
dere/deſtruere. Lactan. lib. iij. Cęleſtes animas vna
cū corporibus extinguūt. Idem lib. iiij. Iudęorū no/
men ⁊ gentē Ueſpaſianꝰ extinxit: id eſt deleuit. Ter.
in Adel. Seni animā primū extinguerē ipſi qui illud
ꝓduxit ſcelus: id eſt auferrem.

Extiſpex: idē qđ haruſpex: hoc eſt qui extis inſpectis fu/
tura ꝑdicit: a quo extiſpitiū ⁊ extiſpicina.

Exto as. extiti: ſupinū nō legi. Uide ſupra Exiſto is.

Extollo is. vide in dictione Tollo.

Extorris: qui eſt extra terraz: id eſt patriā eiectus: ſicut
exul: extra ſolū. Gel. Exul extorriſqꝫ eſto: et ꝓprie va/
gabundus. Sappho ad Phaonē. At vos extorrē tel/
lure remittite noſtrum.

Extorqueo es. ſi. ſum. vel tum. ſignificat tormento ve/
ritatem elicio. Aliquando etiā per vim aufero/extir/
po/euello. Dona. Torquemus hominem/extorque/
mus veritatē. Cicero in Cato. Nec mihi hunc erro/
rem dū viuo extorqueri volo. Liuiꝰ lib. ij. Necqꝫ am/
bigitur quin Brutus qui tantum glorię ſuperbo ex/
acto rege meruit peſſimo publico id facturus fuerit/
ſi libertatis immaturę cupidine priorū regum alicui
regnum extorſiſſet.

Extra prępoſitio ſeparata: cui contraria eſt in ſignifica
tione Intra. Ab extra deducuntur Exter/ exteris/ex/
traneus/extrarius/ extrinſecus/ extro extras/ extror/
ſum/et extremus.

Extrarius: alienꝰ: qui extra focū/ ſacramentū/ iuſqꝫ eſt.
Pręterea minabat ſi extrario nupſiſſet: nihil ſe filijs
eius ex paternis eoꝝ bonis teſtamento relictuꝝ. Hic
accipit ꝓ eo q̄ nō ſit domeſticꝰ ⁊ ex eadē familia.

Extraneus: qui eſt ex altera terra: quaſi exterraneus.

Extremus a. um. modo initium alicuius rei. Plau. Ab
extremo narrare incipiā: id eſt a principio. Modo fi/
nis. Uir. Extremū hūc arethuſa mihi. Ponit nōnun/
q̄ ꝓ ſęuo/peſſimo. Idem. Illā terra pagēs ira irrita/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta deoꝝ Extremā vt perhibent cęo enceladoqꝫ ſororem Progenuit. Hoc eſt peſſimā. Qđ nō ſine ratione eſſe videt̃: quādoquidē medici affirmant deteriores eſſe qui vltimi naſcūtur.

Extrinſecꝰ pe. coꝛ. vide in dictione Intrinſecus.

Extrico cas. penultima prod. ab ex et trico: qđ a tricis fit. Tricę aūt ſunt impedimenta ⁊ implicationes. Et eſt extricare: explicare. Lact. lib. vj. Deniqꝫ muta q̊qꝫ animalia cū fraude capiunt̃: ſi aliquo ſe modo ī fuga extricauerint/ fiūt poſtmodū cautioꝛa. Col̃. li. iiij. Siluestris ager ꝑcipue eſt eligendus: q̇ et ſi frutetis aut arboꝛibus obſeſſus eſt: facile extricatur ꝙ ſuapte natura quęcūqꝫ gignūtur: non penitus nec in pꝛofundū radices agūt: ſed per ſumma terrę diſpergunt atqꝫ deducunt.

Extricabile: a quo exiri poteſt. Cuiꝰ contrariū eſt inextricabile. Pli. libꝛo. xxxvj. Intus labyrinthū inextricabilē: quo ſi quis impꝛoperet: ſine glomere lini exitū inuenire nequeat.

Extro as. exeo. Nā ſicut intrare ingredi eſt: ita extrare egredi. Afra. Sil̃ limē intrabo: illi extrabunt illico.

Extroꝛſū ſignificat extra ỽſus/ ſicut introꝛſū intra verſus.

Extruo is. ędifico. Hiero. ad Julianū. Extruis monaſteria: multꝰ a te numerꝰ ſuſtentat̃. Et extruere: oꝛdinare. Cice. in Cato. Caret epulis: extructiſqꝫ mēſis: frequentibus poculis.

Extrudo dis. penult̃. pꝛod. extra trudo: per vim expingo/ expello. Terē. in Hecy. Eo amantē inuitū Pamphilū extrudit. Plau. in Aul̃. Nā q̄ nūc me cauſa extruſiſti ex his ędibus.

Extūdo is. extoꝛqueo vel inuenio. Vir. li. j. Geoꝛ. Ut varios vſus meditādo extūderet artes Paulatim.

Exturbo as. e loco deficio.

Exubero as. pe. coꝛre. q̄ſi ſuperabūdo. Tractū ex vberibꝰ lactātibꝰ. Col̃. in ꝓfa. In Aſia Myſiaqꝫ denſa ⁊ glutinoſa terra maxime exuberat.

Exupero as. pe. coꝛ. ab ex ⁊ ſupero: q̄ſi ſuꝑ ſupero.

Exudo as. pe. ꝓ. emitto. Pli. Eſt aūt trium geneꝝ vnū arboꝛ ipſa exudat humi: modo alteꝝ manat ī plaga. Virgil̃. ỽo li. j. Geoꝛ. Exudat inutil̃ humoꝛ: dixit pro exudat̃. Nō eñ humoꝛ/ ſed terra deſudat.

Exugo is. pe. coꝛ. xi. ctū. quod ⁊ Exugeo es. dicit̃ ꝓ extra ſugo. Plautꝰ. Jaz ego me conuertā in hirudinē: atqꝫ eoꝝ exugebo ſanguinē.

Exuccū ꝑ duplex cc. dicit̃ qđ eſt ſine ſucco.

Ex vinculis cauſam dicere: ſignificat vinctū reſpondere criminibus.

Exurene: purgatio q̄dā domꝰ ex qua moꝛtuꝰ ad ſepulturā ferendꝰ eſt: q̄ purgatio fit ꝑ euerriatoꝛē certo genere ſcopaꝝ adhibito: ab extra verrēdo dictę.

Exul: ab exilio lis. ſicut pręſul a pręſilio eſſe cōuenit: vñ et exiliū eſt quod analogiam verbi ſeruauit. Nec obſtat mutatio litterę i. in u. euphonię cauſa: ne exil ⁊ ꝑſil dicat̃: ꝙ nimis exilis et īcōcinna eſſet pronunciatio. Aut certe ab exulto ⁊ pręſulto ſunt: in quibus ſicut ⁊ in cęteris Inſulto reſultoqꝫ frequentatiuis mutat̃ i in u. Nā exulto notū eſt. At pręſulto apud Li. libꝛo. vij. Si tu permittis: volo ego illi beluę oſtendere quādo adeo feroꝛ pręſultat hoſtiū ſignis me ex ea familia oꝛtū q̄ galloꝝ agmen ex rupe Tarpeia deiecit. Eſt igit̃ exul ab exilio/ et pręſul a ꝑſilio. Pari eñ modo iſta ſumi opoꝛtet: vt vnde exul/ inde ⁊ pręſul: ⁊ vnde pręſul/ inde et exul extra ꝑpoſitiones capiamꝰ. Nam exul nō quiſqꝫ. Aliter eñ nō recte dicit̃ niſi cū exilierit vnde exulat: facinus ab eo admiſſum in eum animaduerteret̃ vt ſit propter aliquid moꝛte dignū: cuiꝰ cauſa in exiliū pꝛofugit. Cicero pꝛo Aulo Cecil̃. Exiliū non eſt ſuppliciū/ ſed perfugiū poꝛtuſqꝫ ſupplicij: Nam qui volunt pęnam aliquā ſubterfugere aut calamitatem/ eo ſolū vertunt: hoc eſt ſedem ⁊ locum mutant. Itaqꝫ in nulla nr̃a lege reperit̃ apud cęteras ciuitates maleficiū vllū exilio eē mulctatū: ſed cū oēs vincula/ neces ignominiaſqꝫ vitant quę ſunt legibus conſtitutę: confugiunt quaſi ad arma in exiliū. Qui ſi in ciuitatem legis vim ſubire vellent: non pꝛius ciuitatem q̄ꝫ vitam amitterent. Exul tamen etiā q̇s dicit̃ cū ſit innocens ob ſuſpitionē ſeditionis aut pꝛoditionis. Unde Feſtꝰ inquit. Solū autem quin ſignificet locū q̇s dubitet/ cuz exules quoqꝫ dicant̃ loco patrię ſuę pulſi. Cicero ꝓ domo ſua. Nūc tu etiā poꝛtentoſa peſtis exulē appellare auſus es/ cū tātis ſceleribꝰ eſſes notatꝰ? Et iteꝝ. Quid eñ exul: ipm ꝑ ſe nomē calamitatis/ nō turpitudinis.

Exulo as. pe. coꝛ. patria pꝛiuatꝰ ſū. Et duobꝰ modis dicit̃: ſcz de loco in quo exul eſt/ et de quo eiectꝰ eſt. Teren. in Eu. Nā domo exulo. Hierony. ad Paulinū. Eſchines cū Rhodi exularet.

Exulto tas. ab ex et ſalto: a in u mutata: ſignificat geſtu coꝛpoꝛis lęticiam exhibeo. Dicimuſqꝫ exulto rebꝰ ꝓſpere geſtis. Cicero lib. de repub. Eſt igit̃ quiddam turbulentū in hominibꝰ ſingulis: qđ vel exultat voluptate/ vel moleſtia frangit̃. Hiero. in Prouer. Lętātur cū malefecerint: ⁊ exultant in rebꝰ peſſimis. Item Exultare eſt cum iactantia gloꝛiari. Cicero in Cato. Annibalē iuueniliter exultantē patientia ſua molliebat. Itē eſt geſtu vel dicto iniuriā facere. Virg. libꝛo v. Exultātiaqꝫ haurit coꝛda pauoꝛ. Itē Seuire. Cicero lib. iiij. de rep. Quę ſanguine alit̃: q̄ omni crudelitate ſic exultat: vt vix hoīm acerbis funeribus ſatiet̃. Hęc tamen ſignificata ad idē redeunt: vt Exultare ſit ſupꝛa modū exilire atqꝫ efferri: ⁊ quaſi geſtibus ſaltibuſqꝫ affectū animi oſtendere: ſiue ira id fiat/ ſiue ſentētia/ ſiue voluptate/ aut alia animi affectiōe. Pꝛopꝛie ỽo Exultare eſt extra ſaltare. Virg. lib. iij. Exultātqꝫ vada atqꝫ ęſtu miſcent̃ arenę.

Exundo as. vide in dictione Abundo.

Exuo is. ab ex ⁊ ſuo: quaſi diſſuo ⁊ exoluo. Virg̃. Extulit exutas tēdēs ad ſidera palmas. Quādoqꝫ ſpolio. Cui contrariū eſt Amicio. Liuius libꝛo. j. Pꝛimo ſe agro paterno auitoqꝫ exuiſſe: deinde fortunis alijs. Lact. lib. j. Exuunt̃ etiā veſtibꝰ flagitāte pp̃lo. Quādoqꝫ Detraho. Virg̃. lib. ix. Sic ait illachꝛymās humero ſimul exuit enſem. Qñqꝫ Denudo. Idē. Magna oſſa lacertoſqꝫ exuit. Qñqꝫ Depono. Cicero pꝛo Liga. Nōne humanitatē omnē exuiſſes?

Exuuię: ab exuēdo/ ſicut induuię ab induēdo. Et nō ſolū hoīm tegmina aut veſtes dicunt̃/ ſed etiam animaliū. Virg̃. lib. ij. Geoꝛ. Cū poſitis nouis exuuijs.

F Littera a Priſciano inter mutas numeratur: Ab alijs inter ſemiuocales: eo ꝙ a vocali incipiat: ⁊ in ſeipſam terminetur. Hęc alio nomine digāma dicta eſt: quia duplicis gamma figuram detineat. Ea in latinis tm̄ vtimur: in grecis ỽo ph.

## F Ante A

Faba: genus leguminis notiꝰ q̄ꝫ vt a me declaret̃. Cuiꝰ diminutiuū eſt Fabula.

Fabarius a. um. quod ad fabā pertinet: vt Inſulę fabarię. De quibꝰ Pli. Inſulis quas ob id fabarias appellāt/ qꝛ ſcz ſponte fabas generent.

Fabalia. Pli. Sed maioꝛ pars malunt fabalia maturę ſationis q̄ꝫ trimeſtrē fructū eius. Nam ſiliquę cauleſqꝫ gratiſſimi ſunt pabulo pecoꝛi. Col̃. lib. ij. Ueteres ruſticos plęrūqꝫ dicentes audio: malle ſe matura fabalia q̄ꝫ fructū trimeſtrem.

Fabius: a Faba cognomen eius: qui fabam optime